



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Proclo Episcopo qualisnam fuerit. Cap. XL.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

duos dies noſtesq; totidem vrbē occupauerat, tandem omnino restinētum fuit: à quo licet multæ partes ciuitatis abſumptæ eſſent, ecclesia, quam dixi, illæſa permanſit. Et quod magis mirandum videtur, nullum fumi vestigium, vel trabibus eius alijsq; partibus ex ligno fabricatis, vel parietibus impressum vſquam cernebatur. Hoc factum eſt 16. Cal. Septembris, ad xiiij. Consulatū Theodosij, & Maximi pri-  
mum. Nouatiani ex eo tempore diem festum ecclesiæ ab incendio conſeruatæ quotannis, xvi. Calend. Septembris, quo Deo pro eius liberatione gratias agerent, celebrarunt: omnesque fere illam propter miraculū, quod in ea editum fuit, in magno honore habuerunt, & illum locum nō Christiani ſolum, verū etiam gentiles, tanquam verè ſanctum colunt. Sed hæc quidem hactenus.

*Quod Maximiano episcopo Proclus ſuccedit.*

CAP. XXXIX.

**M**aximianus cum duos annos, & Menses quinque ecclesiæ quietè præfuiſſet, exiit è vita, Arcobindo, & Aspare Cosſ. Pridie Id. Ap̄tilis. Tunc erat forte ſeptimana ieiuniorū, que proximè festum Paschatis antegreditur, diesque eiusdem, qui vulgo dicitur Quintus. Quo quidem tempore ab Imperatore Theodosio res prudenter tractata fuit. Nam ne controuerſia, & tumultus in ecclesia denuo cieret, abiecta cunctatione, dum adhuc Maximiani corpus inſepultum iaceret, per episcopos, qui ibi aderant Proclum in ſede episcopali collocandū curauit. Huic etiam negocio ſuffragabantur epistolæ Scleſtini, episcopi Romani, quas ad Cyrillum episcopum Alexandriæ, & ad Ioannem episcopum Antiochiæ, & Rufum Thessalonicæ episcopum misit, quo eos doceret, nihil obſtare, quo minus qui vnius ciuitatis vel nominatus fuifſet Episcopus, vel iam eſſet Episcopus, ad alteram ciuitatem traſferretur. Proclus igitur in ſede episcopali locatus, corpus maximiani effert ad ſepulchrum funusque celebrauit.

*De Proclo Episcopo qualisnam fuerit. CAP. XL.*

**I**am vero tempus ſe offert pauca de Proclo cōmemorādi. Proclus ab ineunte adolescentia lector fuit. Scholas

## S O C R A T . H I S T O R .

frequentauit, Rheticæque studiose operam nauauit. Qui cum ad ætatem virilem perueniret, multum cum episcopo Attico versatus est, illiusque scriba fuit. Quem in literis & virtute admodum proficiemt Atticus ad gradum diaconatus euexit. Ac cum presbyterij honore dignus putaretur, a Sisinnio, ut supra demonstrauit, ad episcopatum syzici designatus est. Sed hæc iam ante factitata erant. Id temporis verò sedem episcopalem ecclesiæ Constantopolitanæ obtinuit. Vir erat morum probitate præter ceteros eximius. Quippe institutus ab Attico, omnes eius virtutes sedulo imitatus est. Tolerantiam qua etiam Atticus prædictus fuit, multo magis quam Atticus excoluit. Nam Atticus cum tempus postularet, hæreticis terrorem incuslit: Proclus omnibus se mansuetum, & facilem præbuit, hacque ratione multo citius, quam vi eos ad ecclesiam traductos fore præuidit. Nam nullam sectam vexare instituit, sed illustre mansuetudinis decus quod ecclesiæ conuenit integrum seruauit, eiique reddidit. In qua re Imperatoris Theodosij exemplum secutus est. Nam vt illi visum fuit contra eos, qui rei agebantur, minimè autoritatem Imperatoriam exercere: ita Proclo eorum nullam proportionem ducere, qui ab eo diuersam de Deo doctrinam amplectebantur.

*Pluribus verbis scriptor hic Theodosii iunioris mansuetudinem extollit.*

C A P . X L I .

**P**orrò autem Theodosius Imperator Proclum ob hanc causam, quam dixi, multum probauit. Nam eos qui sunt verè sacerdotes patientia exæquauit, nec illos, qui persequendi studio ducebantur, vlo modo probare potuit: imo verò dicam audacius, Omnes qui verè sacerdotes sunt mansuetudine superauit, sicut libro Numerorum de Moysæ loquitur: Erat Moyses vir mitissimus, super omnes homines, qui morantur in terra. Idem ipsum de Theodosio Imperatore iam dici potest, quod super omnes homines, qui morabatur in terra sit mitissimus. Propter quam quidem